aliqua principali ex contentis scripti praefati manuales non completa complenda, feraque exinde ... Nicolaus Brzoski sive eius successores, ad instantiam praefati Generosi Adami Olszewski, vel eius posterorum ad officium praesens castrense capitaneale Premysliense, sive etiam castrense capitaneale Sanocense, ad quod prius ex ipsis citabitur, extunc recessu supto quo ad vadium spectat mediante, semper in primo citationis termino tanquam peremptorio stare, iuri parere, rendere, vadium praefatum atque poenas persolvere, parti ... huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus, illum terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes, ... eius terminos semper peremptorios vera infirmitate, ... maiori, minorennitate successorum, legatione intra vel extra Regnum, servitio militari, ad muni mentia, ad evictores vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem ultra proximos officiorum praefatorum castrensium capitaneales Premysliensis sive etiam castrensis capitaneales Sanocensis terminos dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones, appellationes, ac easdem prosequutiones faciendo ... poenis simplicibus vel triplicatis, evasionibus, suspensionibus fatalijs iuris, ... Terrae, bello, conventioneque, ac alijs omnibus iuris remedijs et defensionibus non subterfugiendo, nec modo alio quoquomodo evadendo. Itaque sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Kruszelnicki alterum Quietat

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus castrensibus capitanealibus Premysliensibus Nobilis Lazor Kruszelnicki ...

Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competentibus recedens, praesentibus vero Castrensis Capitaneatus Praemysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse Nobilem Iacobum Kruszelnicki Lobanowicz, Fratrem sui Recognoscentis germanum, eiusq[ue] posteros, de Summa Centum et Septuaginta florenorum polonicalium, per eundem Nobilem Iacobum Kruszelnicki Fratrem suum, sibi Recognoscenti super bonis suis proprijs et haereditarijs Certa sorte in bonis Villae Kruszelnica Terrae et Districtus praesentis Praemysliensis existentibus, modo obligatorio de Anno ad Annum Coram Actis Officij praesentis inscripta et assecurata; nec non de eadem inscripta Inscriptione obligatoria Castrensi Capitaneali Praemysliensi suo interiore de praemissis latiori, Quietat, emittit, dimittit, liberumq[ue] et absolutum perpetuo pronunciat, Inscriptionem eamq[ue] obligatoriam cum omnibus illius Conditionibus in toto et per omnia cassat, mortificat, et annihilat praesentibus, atq[ue] de bonis condescendit. Recognoscens sibi summam eiusq[ue] Septuaginta florenorum polonicalium realem praestitam esse per solutionem.

Holynski Kruszelnickie Cesit.

Comparens personaliter coram Officio, et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Nobilis Iacobus Holynski, Sanus mente et corpore existens, a Terris, Districtibus, Iuribus, Iurisdictionibusq[ue] suis quibusvis proprijs et competentibus recedens, praesentibus vero Castrensis Capitaneatus Praemysliensis Iurisdictioni, quo ad Actum hunc attinet se cum successoribus, ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subijciendo, palam, libere, publice, ac per expressum recognouit. Quia ipse de omni et integro